



CYCLOMETRICA ELEMENTA

descriptus circa OG, vel OK, dimidia nempe ipsius GK, continebit quadrilaterum simile, similiterque situm quadrilatero PQRG habente rationem

ad ipsum PQRG,
quam quadratum ex diametro OG, vel OK, ad quadratum a diametro GK, per primam XII. hoc est,
quam recta ad suā duplam, nempe quam FE ad PQ, aut IK ad QR, aut IE ad RG, aut deniq. FG ad PG. Circa dia-

metru igitur SV, que sumpta sit equalis ipsi OG, vel ipsi OK, descriptus circulus STVXY continebit quadrilaterum STXY simile, similiterq. positum quadrilatero PQRG, ita ut rationem ad illud habeat, quam quadratum ex SV ad quadratum ex GK, hoc est, quam FE, IK, IE, FG ad homologas PQ, QR, RG, GP. Erunt igitur recta TX, XY, YS, ST aquales ipsis FE, IK, IE, FG. Sed ipsa FE, IK, IE, FG sumptae sunt aquales ipsis D, C, B, A. Ergo recta TX, XY, YS, ST quadrilateri STXY circulo STVXY inscripti sunt aquales rectis propositis D, C, B, A. Quod erat faciendum.



PRO

